



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

15 Episcopus potest beneficia transferre, & ecclesias omnes, tam parochiales, quàm alias dirutas, aut nimia egestate laborantes, profanare.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

tronorum, unio eſt nulla *Caputaq. de iſt.*
 346. par. 3. quia poſſeſſio, vel res eccleſiæ
 dari non poſſunt ſine defenſore. *gloſſ. in*
clēm. fin. in ver. deſenſor. de reb. eccleſ. non
alien. & ibi Abb.

14 Nec ꝑ ꝑoteſt uniri parochialis libera, pa-
 rochiali juſriſpatronatus, etiam cum con-
 ſenſu patronorum, niſi patroni renuncient
 juſriſpatronatus, ne eccleſia libera uniatuſ
 ſervæ, niſi cum alternativa, ut una vice
 conferatur eccleſia ad præſentationem pa-
 tronorum, & altera liberè, ut congreg.
 conc. declaravit, *ſuper cap. 9. ſ. Congregatio*
conſuit parochialem, ſeſſ. 2. 5. de reform.

15 Episcopii ꝑ tamen, tanquam Sedis Apo-
 ſtolicæ delegati, transferre poſſunt bene-
 ficia ſimplicia; etiam juſriſpatronatus, ex
 eccleſiis, quæ vetuſtate, vel aliâs collapſæ
 ſunt, & ob eorum inopiam nequeunt re-
 ſtaurari, vocatis ijs quorum intereſt, in ma-
 trices, aut aliâs eccleſias locorum eo-
 rundem, ſeu vicinorum eorum arbitrio,
 atque in eiſdem eccleſiis erigere altaria, vel
 capellas transferre, cum omnibus emolu-
 mentis & oneribus, prioribus eccleſiis im-
 poſitis. Parochiales verò eccleſias, etiam
 juſriſpatronatus ſint, ita collapſas, ut ex fru-
 ctibus, & proventibus quibuſcunque ad
 eaſdem eccleſias quomodocunque perti-
 nentibus reſticiantur, & inſtaurentur, pro-
 curare tenentur, qui ſi non fuerint ſuffici-
 entes omnes patroni, & alij, qui fructus
 aliquos ex dictis Eccleſiis provenientes
 percipiunt, aut in illorum defectum, pa-
 rochiani, omnibus remediis opportunis,
 ad prædicta ſunt cogendi quacunq; ap-
 pellatione, exemptione, & contradictione
 remota; quòd ſi nimia egeſtate, omnes
 laborent ad matrices, ſeu viciniores ec-
 cleſias transferri, & tam dictæ parochiales,

quàm aliæ eccleſiæ dirutæ in prophanos
 uſus non ſordides, erecta tamen cruce
 converti debent, concil. Trident. *cap. 7. de*
reſor. ſeſſ. 21. & ſacra cong. conc. ſuper eod.
cap. in princ.

16 Quæ omnia ꝑ ꝑoteſt etiam Vicarius,
 dummodo habeat ſpeciale mandatum, ut
 per eandem congreg. *ſuper eod. c. 7. in ver.*
transfratur, quia Vicarius omnia ꝑoteſt
 quæ pertinent ad juſriſdictionem illius,
 cujus Vices gerit *l. 1. c. de off. ei. qui ger. vic.*
alt. c. ult. 9. diſt. c. 1. 9. diſt. & gl. in c. penul.
de off. Vic.

17 Si verò ꝑ parochiani habent aliam
 eccleſiam non curatam, in qua per mo-
 dum proviſionis munia parochialia obe-
 eantur, & parochialis ſit juſriſpatronatus,
 & adeò diruta, inopiâque laborans, ut re-
 parati nequeat, aut uniri poſſit eccleſiæ
 non parochiali cum ſuis redditibus, ad ef-
 fectum, quò illa in parochialem erigatur:
 eſt diſtinguendum, quòd, aut accedit con-
 ſenſus patronorum, & tunc auctoritate
 ordinaria ꝑoteſt uniri: quia conſentienti
 non ſit injuria; aut patroni diſſentiant, &
 tunc eſt procedendum, vocatis, quo-
 rum intereſt, ex diſpoſitione dicti *cap. 7.*
ſeſſ. 21. ſed tali caſu præcipuè ſi redditus
 parochialis ſunt tenues, ad amputandas li-
 tes, & ne frivolis oppoſitionibus interim
 animarum cultus detrimentum patiatur;
 Viſitator poterit ſuis decretis in viſita-
 tione eccleſiam, in qua munia parochia-
 lia obeuntur, in parochialem erigere, ei-
 que redditus, ſi quos habet, aut fabricæ
 ipſius eccleſiæ ſint adſcripti, pro cura ani-
 marum ſuſtinenda applicare, parochialem-
 que dirutam profanare, ſeu profanandam,
 & cruceem ibi, ubi eſt eccleſia vetus,
 erigendam eſſe, decernere, & ordinare,
 niſi